

B. c. D.

REGIÆ ACADEMIÆ  
**GUSTAVO-CAROLINÆ**  
SIVE  
**DORPATO-PERNAVIENSIS**  
**HISTORIÆ**

PARTICULAM SECUNDAM  
CONSENT. AMPLISS. FACULT. PHILOS.

PRÆSIDE  
**GUSTAVO SOMMELIO,**  
PROF. REG. ET ACAD. CAROL. BIBLIOTHECARIO  
AD PUBLICUM EXAMEN

D. X. NOVEMBR. A. MDCCXCII.

DEFERT  
**CAROLUS SOMMELIUS,**  
LUNDENSIS.

---

LUNDÆ,  
TYPIS BERLINGIANIS,

*Theses Respondentis.*

I.

*Miraculum Stateris, cujus fit mentio Matth. XVII. 27. utrum Omniscientiæ, an Omnipotentia fuerit, dictu difficile est; posterius tamen probabilius, quam prius, mihi videtur.*

II. *Qui Magistri aut Doctoris titulum a Sanctissimo Servatore Matth. XXIII. 8. prohibitum esse putant, & sic titulos hosce, salva conscientia, in Academiis nec peti nec conferri posse contendunt, hos rectiora contextus & parallelismus docebit.*

III. *Ex verbis ἀναγκαστον εἰσελθεῖν Luc. XIV. 23. qui concludunt, licitum & præceptum esse religionem armis propagare, eorum expositioni nec sensus dicti, nec indoles naturæ humanæ favet.*

IV. *S. Lucam prolixiorē, quam nobis reliquit, Actorum Apostolicorum historiam meditatam sed morte impeditum esse, quominus persequeretur, Heumannus in Erklär. der Apost. Gesch. falso suspicatur.*

V. *De Theologia recte omnino b. LUTHERUS: Ulciscitur contemptum sui, idemque de sana sobriaque illi ancillante Philosophia recte dicitur.*

VI. *Qui linguam Latinam Eruditorum esse vernaculam debere contendit, nullam vero puritatis ejus vult haberi rationem, is sibi ipse contradicit.*

---

L. B. S.

*Suas vicissitudines, ut ipsa Academia Dorpato-Pernaviensis, ita ejus quoque consignanda historia habet; consignari enim cæptæ Pars I: ma prodiit, exactoque dimidio lustris, continuandæ promissa nondum apparuerunt: Aliquid tamen excusationis hæc mora habet; namque edi plura sine Auctore non potuerunt, qui vero primas duxit lineas, filius mihi carissimus, is mutato vitæ genere, Academias seponere curas; summeque studium in iis consumere, quæ novo vitæ instituto magis conveniant, necesse nunc habet. Incepto tamen labore ita supersederi noluit, ut de iis, quæ exorsus esset, pertexendis non cogitaretur. Analecta igitur mea, secum communicata, mihi reddidit, neque ea solum, sed sua quoque ipsius*

d



und Persien p. m. 9. AD. OLEARIUS tradit, hæc narrans: Von gelehrten Leuten und berühmten Professoren, mit welcher wir daselbst in Rundschaft geriethen, waren isgedachter D. Virginus, Johannes Balau (Below) von Rostock, der Artzney Doctor welcher hernach in die Muscaw als Leib-artz berufen worden, Friedrich Menius Kaiserlich gekrönter Poëte und Professor der Historien, und M. Petrus Schomerus Habl, (fortasse Upsal. nam Upsalix natus erat) aus Schweden, Mathematicus. Die Zahl aber der Studenten war zu unser Zeit noch gar geringe, in dem nur 10 Schweden und etlich wenig Finnen sich daselbst befunden, fidem mihi vix faciet, nisi de illis tantum sermo sit, qui sub feriis istis, ipsoque Sanctissimi Servatoris nativitatibus festo remanserant. Nempe *Philippo Crusio & Otoni Brügman*, a Duce Holst. Gottorp. FRIDERICO Muscoviam & in Persiam missis, Olearius a secla datus Dorpatum a. 1633 d. 23 Decemb. se accessisse, indeque d. 29. Dec. e. a. discessisse dicit, quo autem tempore, quamplurimos Studiosos vel domum ad suos, vel alio ad amicos cognatosque se recepisse, verisimile videtur. Præter ipsos vero Livonos, Carelios & Ingermannos, quorum commodis nova hac Academia prospicere Augustissimus Heros in primis vovuit, ex Svecia huc confluxerunt Angermanni, Bothnienses, Calmarienses, Dalecarli, Fennones, Ostro- & Westrogothi, Helsingi, Jemtlandi, Medelpadi, Nericii, Roslagi, Smolandi, Sudermanni, Uplandi, Wermelandi, Wesmanni; & ad suum

suum quoque numerum varios ex Borussia, Curlandia, Hollatia, Lüneburgo, Lufatia, Megapolitano Ducatu, Misnia, Pomerania, Saxonia, Thuringia, Transsylvania, aliisque exteris locis huc adventantes juvenes hæc Academia adscripsit \*).

### §. III.

Quæ antea Collegii Jesuitici fuerant, postea vero Gymnasticis exercitiis dicatæ erant ædes, cum Academicis assignatæ usibus vel vetustate prolapstæ vel ad Academicos conventus minus spatiosæ essent; de novis condendis cogitare Illustrissima Regina Svecorum CHRISTINA cœpit, annisque 1629 & 1640 ædificatæ solenni pompa a. 1641 d. 2 Nov. dedicantur \*\*). Interim, dum ædificantur, exercitiis Academicis in templo S. Mariæ locum concessum fuisse, in *Samml. Russischer Gesch. IX. B. 1 St. p. 116.* narrare quidem H. L. C. BACKMEISTERUM video. Veteris tamen Academiæ usus isto ædificationis tempore ita non cessavit, ut ne sapissime, & longe quidem sapius, quam in dicto templo, ibi eodem tempore & disputatum sit & pero-

\*) Gentilitia hæc Disputationum & Orationum tituli, & adjectæ iis gratulationes præ se ferunt.

\*\*\*) Id ex Disputationibus & Orationibus, quas tituli docent in *Auditorio Academiæ majori* habitas esse, liquet; nec nisi unam alteramve Orationem, nominatim Faderæ Arvidi Urelii Smol. Sv. de Humilitate a. 1641 d. 16 Martii in *Auditorio Templi D. Mariæ* enarratam, videre mihi contigit.

peroratum \*). Et frequentia omnino fuisse hæc exercitationum genera, plurima, quæ extant, earum specimen demonstrant. Declamandi vero ac perorandi exercitiis postquam præesse cœpit Ph. & J. U. D. & Poëta Cor. LAUR. LUDENIUS, qui fama insignis eruditionis notus Gryphiswaldia, ubi primum Poës. & Hist. deinde Mathes. ac tandem Eth. & Hist. Professionis munera obierat, Dorpatum evocatus, Juris, Oratoriæ & Poëtos Professionem suscepit; plena Declamationum & Orationum, facta sunt omnia, tantusque Orationum, quæ Dorpati octodecim istis, quibus hic vixit, annis & habitæ & editæ sunt, numerus excrevit, quantum alibi totidem annis prodidisse, ostendi vix poterit \*\*).

#### §. IV.

Primordia Bibliothecæ suæ Academia Dorpatensis liberalitati Reginae CHRISTINÆ debuit. Insignem illa librorum ad singulas Facultates, in primis Theologicam pertinentium, collectionem donavit, cui dictus LAURENTIUS LUDENIUS, postquam vacationem a Professione Oratoriæ & Poëtos, solo retento Juris munere, a. 1648 obtinuerat,

\*) Ex his multas quidem vidi, sed plures fortasse sunt, quas cernere mihi non licuit.

\*\*) Haud pauciores tamen, quam CXCVI mihi visas annotavi, quæ ab a. 1636, quo muneri Dorpatensi Ludenius præponebatur, ad annum ejus emortualem 1654 typis sunt divulgatæ.

rat, circ. a. 1650. Præfectus est datus \*). Sed brevi tempore præfuit, a. 1654 d. 21 April. extinctus: eique, si quis suffectus fuerit; in munere hocce non consenuit, paulo enim post (a. 1656) Dux Russorum ALEXEI TRUBEZKOI adest cum 40000 militum comitatu, urbem obsidione claudens & expugnans. Sub ipsa tamen obsidione caurum erat, ne, si contingeret, ut urbem captam hostis diripiendam daturus esset, Bibliotheca etiam dissiparetur: in templo enim S. Mariæ haud procul ab altari mœnibus una cum Typographia cingebatur; & sic occultatæ prius, quam circa a. 1688, ut ex progressu hujus historiæ patebit, in medium non sunt protractæ \*\*).

#### §. V.

\*) Extat Oratio Laur Ludenii a. 1649 d. 17 Jann. habita, qua Illustrissimæ Reginae CHRISTINÆ in Academiam Dorpatensem munificentiam, cum vacationem a Professione Oratoriæ ac Poëtos consecutus esset, æternitati consecrabat, cujus in titulo Ph. & U. J. D. Poëtam Cor. Professorem Juris & jam Oratoriæ ac Poëtos Exprofessorem se appellat. In Oratione, quæ a. 1650 & Disputationibus, quæ a. 1651, & 1652. prodierunt *Exprofessoris* istius locum titulus *Bibliothecarii* occupat, & hinc cum circa annum 1650 Bibliothecæ præfectum esse liquet. Dictam vero muneris vacationem, quominus ad solennes audiendas Orationes, quemadmodum antea solitus erat, sic quoque, post impetratam, programmatibus invitaret, non impedivisse, plura, quæ impressis Orationibus præfixa sunt, horum exempla docent.

\*\*) vid. BACKMEISTER l. c. p. 122, 123.

## S. V.

Præter Professores & Bibliothecarium, cujus tamen munus, ut in Ludenio, ita in Successore ejus, si quem ante prima Academia fata in hac præfectura habuerit, cum Professorio conjunctum fuisse suspicor, an suus Athenis Dorpatensibus Quæstor, fuerit, mihi non liquet, qui nullam ejus nominatim prima hac ætate injectam mentionem offendi. Redituum, si stabile foret institutum, habenda quidem & reddenda erat ratio. Fortasse vero iis, qui pecunias, ex publicis prædiis redeuntes, computarent (Krono-Betjänter), hoc quoque munus injunctum erat. Primis saltem annis ab iis computatum esse, testimonio BACKMEISTERI nixus affirmare nullus dubito; sic enim l. c. p. 115 ille: Die Güter, deren in dem Königlichen Stiftungsbriefe Erwähnung geschieht, sind die Kirchspiele Samoschoy und Rahnschoo in Ingermanland, aus welchem die Universität jene Summe zu heben hatte. Sie wurden aber nicht von der Universität, sondern von Kron-Bedienten administrirt; und als diese schon in den ersten Jahren mit den richtigen Auszahlung säumeten, und darüber Klagen einliefen: so erfolgte 1635 ein Königlicher Befehl, daß der Universität zu ihrer eigenen Disposition so viel Land überlassen werden sollte, als zur jährlichen Hebung der erwehnten Summe erfordert würde. Doch im folgenden Jahre lief ein neuer Befehl ein, daß es bey dem Alten bleiben, die Kron-Be-

Bedienten aber die Gelder inständig an die Universität richtig auszahlen sollten. Primum Secretarium Academia Dorpat. habuit JOACHIMUM WARNEKE, Hereditarium in Soor, qui vero munus hocce, quo circa ipsa inaugurationis solennia functus est, sequ. anno (1633) se abdicavit, inter Professores ulterius quærendus; quorum numero cum etiam fuerit ANDREAS SANDHAGEN Northusanus, ex Secretario Professor factus a. 1643, plura quoque de illo, dum ad Professorum vitas exponendas perventum fuerit, sunt afferenda; e vestigio autem Warnekium secutus non videtur. Neque vero ANDREAM FRIDZBERGIUM, quem his focium adjungo, proxime Sandhagenio susceptum esse, affirmare possum; certum autem est, eum a. 1654 Secretarium fuisse\*). Facultatibus adjunctorum rarius fit mentio: credo, quod pauciores fuerint; nec vero vel Juridicæ vel Medicæ Facultati

\*) Vid. fasciculus carminum, quæ sponso *Matthie Wält* ecclesiæ Jerwesalensis in Ingermannia Pastori, & sponsæ *Virgini Ebbe Albogæ*, nuprias suas d. 15 Junii a. 1654 celebrantibus cecinerunt amici, quorum numero ille fuit, nomen suum sic adscribens: ANDREAS FRIDZBERGIUS *Reg. Acad. Dorpat. Secretarius*. Eum *Westro-Gothia Svecum*, patreque *Erico* quodam natum fuisse, tituli *Disputationum* ejus docent, quarum altera in *Caput X. a. v. 22. usque ad finem D. Evangelicæ Johannis*, selectissimas notas exhibens, Præside ANDREA VIRGINIO habita est a. 1645, de *Accidente in genere* alteram, Præside JOHANNE ERICI STREGNENSI (nob. STJERNSTRÅLE) a. 1647 edidit.

cultati quosdam Adjunctos commemoratos vidi, quosque Theologica & Philosophica Adjunctos habuerunt, hi fere sunt: ADRIANUS VERGINIUS *Julino - Pomeranus. ecclesie Nygg. prope urbem Dorpatum Pastor ac Facult. Theologicae Adjunctus* \*). PETR. SVEN. LIDENIUS *Log. & Eth. Prof. publ. Fac. Theolog. Adjunctus* \*\*) & M. GUMUNDUS LIDENIUS *Fac. Philosoph. Adjunctus* \*\*\*).

## §. VI.

\*) Ita nomen suum apposuit Professori JOH. G. GEZELIO, & GERTRUDI PETRI f. a. 1643 d. 26 Junii matrimonio junctis carmine latino congratulatus. Praeside ANDR. VIRGINIO Disputationum *de Principis Religionis Christianae Articulis tertium de Decalogo* respondendo defendit a. 1640. Eodemque fere tempore, quo Praes, Episcopus Esthoniae postea factus, in Livoniam cum accesserit hic Adrianus Verginius, & nomen familiae modo *Vargine*, modo *Verginius*, vel *Virginus* scriberetur, propinqua cognatione juncti fuisse videntur. *Conf. v. STJERNMAN Videl. Matrif. N. 1848 & MICHAELII Altes Pomerland. T. VI. p. 536.* Fortasse vero hac de re in vita Andr. Virginii, qui diu Professor Dorpatensis fuit, plura sunt dicenda.

\*\*) Videantur tituli Disputationum, quae ejus sub praesidio ab a. 1652 ad a. 1655 prodierunt.

\*\*\*) Sic in fascic. carm. not. \*) alleg. nomen suum inscribit Smolandia Svecum se appellat in titulis Disputationum Dorpati habitarum, quarum una. Praes. Auctore JOH. G. GEZELIO graecum hunc: *Συζήτησις περί της μαρτυρίας* praese ferens titulum a. 1649 prodit, illa in *Psalmm Octavum Davidis selectissimus*

## §. VI.

Dorpatensi, ut aliis Sveciae, Daniae & Germaniae Academiis \*), suus fuit Depositor, quo dirigente initiati sunt juvenes in societatem Academicam adscribendi, primusque hoc munere Dorpati functus est P. TURDINUS Uma Bothniensis, de quo apud Kelchium \*\*) haec annotata lego: *Der erste Studiosus, der erste Depositor, und der erste, so auf dieser Universitet Gradum Magisterii annahm, war Petrus Turdinus aus der Norbothnischen Stadt Uma gebürtig, der nachgehends dem Herzogthum Esthland in unterschiedlichen Schul- und Kirchen-Ämtern so getreue und nützliche Dienste gethan* \*\*\*).

e 2

illu-

*notas exhibens, in qua defendenda Praesidi & Auctori ANDREAE VIRGINIO sociam praestitit operam, habita est a. 1651. Illam eamque Gradualement de Forma sub praesidio JOH. ERICI STREGNENSIS a. 1651 edidit, fratri germano M. P. LIDENIO Log. & Eth. Prof. dedicatam. Plura de illo resciscere non potui.*

\*) Gallis, Italis & Hispanis, ut ipse depositionis ritus, sic quoque Depositoris munus ignotum fuisse, pro explorato GUNDLING *Hist. der Gelahrbeit 2 Th. p. 2301. habet.*

\*\*) In Lieflandische Historia p. 555.

\*\*\*) Honorificum Depositoris munus fuit: cui cum nemo, nisi cognitae eruditionis & probatae integritatis fuerit, proponeretur; Turdinum hominem vere eruditum & bene moratum fuisse, facile colligitur. Quae mihi de illo praeterea innotuerunt, haec sunt: *De Aetere*

illustraverit, nullibi literis proditum inveni, nec scire cupienti suppetias facile ferent aliorum instituta, cum pro Academiarum, saltim Gentium, diversitate diversa fuerit hujus depositionis ratio. Ritus depositionis in Academia Upsalensi A. de la MOUTRAYE \*) in Academia Hafniensi ALB. THU-

RA

*na Salvandorum Electione s. Prædestinatione, eidemque opposita damnandorum Reprobatione, in Thesi & Antithesi, Præsidi JONA MAGNI WEXION. Upsalix disputavit a 1630 Dorpati, Præsidi ANDREA VIRGINIO, Disputationem illam de Personali Duorum in CHRISTO Naturarum Unionem a. 1632. eodemque Præsidi Disp. de Sacra Scriptura P. II. rem de S. Scripturae Quiditate, Auctoritate, Integritate, Perspicuitate, Sensus proprietate, Interpretationis & Judicii Potestate, Utilitate a. 1636. defendit, hujusque in titulo Scholæ Dorpatensis Con-Rectorem se appellat, antea vero, respondente Mart. Geleo Specimen præsidendo, de Definitione Physicæ, a. 1634 disputans ediderat. Ecclesiæ Svecicæ Acropolitane Revaliensis Pastorem & Consistorii ibidem Assessorem a. 1644 eum fuisse, ex CHRISTIANI JÆRINGII Oratione de Hebræa, Græca & Latina Lingua Dorpati h. a. habita, eique dedicata, patet. Præpositi & Pastoris ruralis munere fungens obiit a. 1653. Ipse vero actus Depositi dicebatur, quia cornua deponebantur, quæ tanquam arrogantia & inanis persuasionis, istius ætatis vitiorum, signa, initiandorum capitibus affixa amputabantur; unde in albis civium Academicorum Nationumque voce deposuit nihil est frequentius.*

\*) *Voyage en Europe, Asie, & Afrique Tom. II. p. 316. ex quo itineraio, non facile obvio, sequentia describens rem spero me facere Lectori haud ingrati: Le*

Maire de la cérémonie appellé *Herr Depositor* (Mr. Le Depositeur) y faisoit revêtir d'habits de différentes pieces & couleurs les *Dieknar*, ou jeunes Gens, qui vouloient être reçus au nombre des Etudiens de l'Academie. On leur noircissoit le visage; on attachoit de longues oreilles & des cornes à leurs chapeaux, dont les bords étoient abatu, on leurs mettoit deux longs crocs ou deux longues dents de cochon aux deux coins de la bouche, qu'ils devoient serrer comme deux petites pipes, & ne pas laisser tomber sous peine du bâton, & on leur mettoit sur les épaules un long manteau noir. Ceux ci étant ainsi plus monstrueusement & plus ridiculement dequitez, que ceux, que l'Inquisition mène bruler, le Depositor les faisoit sortir de la chambre de la deposition, & tenant à la main un long bâton, au bout duquel étoit emmanché une petite hache, il les chassoit devant soi comme un troupeau de boeufs ou d'ânes. jusque dans une sale, ou des Spectateurs les attendoient, il les y faisoit ranger en un cercle, au milieu du quel il se tenoit, après les avoir égaiez & mesurez de son baton, comme un Sergent mesure les Soldats avec sa halebarde, pour leur faire garder les files. Il leur faisoit quantité de grimaces, de révérences muettes, ensuite il les railloit sur leur étrange équipage; & passant du burlesque au serieux, il les haranguoit il faisoit un denombrement des differens vices & defauts de la jeunesse, & monroit le besoin, qu'elle avoit d'être corrigée, châtiée & polie par l'étude des Belles Lettres &c. Quittant ensuite le serieux pour le burlesque ou plutôt pour le Tragi-Comique, il leur faisoit diverses questions, aux quelles ils étoient obligez de repondre Mais les dents de cochon, qu'ils avoient dans la bouche, les

empêchant de le faire distinctement & intelligiblement, & les faisant au contraire grogner comme des pourceaux, il en prenoit occasion, de leur en donner le nom, & de leur appliquer quelque coup de son bâton, quoique légèrement sur les épaules, ou de les souffleter de ses gans, accompagnant cela de reprimandes. Il disoit, que ces dents signifioient l'intemperance, les débauches de jeunes gens, à qui l'excès du boir & du manger offusquoient l'entendement, en chargeant l'estomac &c. Tirant ensuite d'un sac, ou espèce de gibeciere semblable à celle des joueurs de Gobelets, des tenailles de bois, qui s'allongeoient & se retiroient en Zigzag, il leur en serroit le col, les agitant & secouant, jusqu'à ce, que les dents tombassent par terre. Il disoit, que s'ils étoient dociles, & qu'ils s'efforçassent de profiter des leçons de l'Academie, où ils desiroient d'entrer, ils se déferoient du penchant, qu'ils avoient à l'intemperance & à la gloutonnerie, comme de ses dents. Il leur arrachoit ensuite les longues oreilles, par les quelles il leur faisoit entendre, qu'ils devoient l'appliquer fortement à l'étude, pour éviter de rester semblables à l'animal, qui les porte. Ensuite il leur ôtoit les cornes, qui designoient la ferocité & la brutalité &c. Tirant enfin du même sac ou de la même gibeciere un rabot, il les faisoit coucher l'un après l'autre sur le ventre, & les rabottoit en chaque posture par tout le corps, leur disant, que les Belles Lettres & les Beaux Arts poliroient leur esprit de même. Il remplissoit après quelques autres actes aussi ridicules de cette pedantesque & burlesque cérémonie, un grand vase d'eau, qu'il leur repandoit sur la tête nue, & dont il leur inondoit tout le corps. Après cela il leur essuyoit rudement le visage d'un gros torchon. La farce ou cérémonie étant terminée par cette ablution,

le

le Depositor exhortoit la troupe rabottée, etrillée & lavée, à un nouveau genre de vie, à combattre les mauvaises inclinations & les mauvaises habitudes, qui desfiguroient leur esprit, comme les diverses parties de leur deguisement leur avoient desfiguré le corps. Après quoi il les declaroit *libres Etudians de l'Academie*, à condition qu'ils porteroient pendant six mois de longs manteaux noirs, semblables à ceux de la deposition & iroient tous les jours offrir chacun à ceux de la province, qui avoient été reçus Etudians auparavant, leur services, tant dans leurs chambres, qu'aux Auberges; qu'ils obéiroient aux ordres, qu'ils en recevoient, & subiroient sans murmurer tous les reproches & toutes les railleries, qu'ils leur pourroient faire, ce qui s'appelloit les Penales. Et ut pateat, quanta & superstitione & protervitate morem depositionis servandum olim duxerint, GUNDLINGIUM audire juvat in *Hist. der Gelabr. 2 Th. p. 2301. 2302.* hæc scribentem: Ein alter Priester zu Königsberg lies sich einmahl noch deponieren, unter dem Vorwand, daß er erst noch, auf solche Weise ein rechter Studiosus werden müßte. Auch offerirte, im vorigen Seculo der Senatus Academicus einer gewisser Universität einem jungen Prinzen das Rectorat, mit dem ausdrücklichen Bedinge, daß sich der Prinz vorher sollte deponieren lassen, welcher aber, dieser wegen, billiges Bedencken trug. Idemque fortasse Princeps fuit, ad quem SCHUPPIUS in *Lehrreichen Schriften 2r Th. p. 407* narrat Theologum quendam missum fuisse, rogatum, ut regimen Academicum hac conditione in se susciperet, recte insuper sic judicans: Der Fürst war in diesem Fall klüger gewesen als der Theologus, und hatte sich dessen angewert, inwol ihm der Theologus von der Deposition und Magnificat viel vorgeprediget hatte.

Ex

RA \*) in Academia Rostochiensis. SEB. BACMEI-  
STERUS \*\*) quique Coloniae Agrippinae, Basileae  
&

Ex istis, quorum mentio facta est vexationis instru-  
mentis, forcipem, qua in dentibus evellendis, & illud,  
quo in dolando ulus est Depositor. in Reg. Aeademix  
Upsaliensis Bibliotheca asservata vidi. Alterum hic  
commemoratum, a Novitiis dandum abstinenzæ vel  
potius patientiæ specimen, Pennalismus, non solum  
diuturnius, sed molestius etiam sæpe fuit, dum tot  
aliis, & in his haud paucis arrogantibus ac morosis  
juvenibus serviendum erat. Necessarium tamen hæc quo-  
que vexatio habita est, nec ea liberari facile quisquam  
potuit.

\*) In *Idea Hist. Lit. Dan.* p. 127. 128. usitatos olim  
in Academia Hafniensi depositionis ritus ibi breviter  
sic describit: *Olim quilibet in numerum Studiosorum  
recipiendi in aream Universitatis luvati convenie-  
bant, ubi a Pedello aqua, vasi hunc in usum infusa,  
abluebantur, antequam Auditorium ascenderent, hono-  
res consecuturi. Erant tum vestibus histrionicis indu-  
ti, fustibus, item, sacculis cinerosis & id genus aliis  
instruelli, variæque exercitatione ludicra non tantum  
intra sed & extra pomeria Academiae per plateas de-  
leslabantur; donec a. 1666. Senatus Academici con-  
sulto jubebantur futuri Academiae cives vestes sceni-  
cas, luras, baculos & jaccos deponere, & toga tan-  
tum candida procedere, quam in ipsa areâ & induc-  
rent & iterum exuerent.*

\*\*) Apud WESTPHAL. in *Monum. Ined. Rerum Germ.  
præc. Cimbr. & Megapol.* T. III. col. 980. 981. Ibi  
a SEBAST. BACMEISTERO ritus deponendi Ro-  
stochiensis sic depinguntur: "Die & loco certo indi-  
to, ac concione jam congregata, Depositor veste variis

& alibi recepti fuerunt; MIDDENDORPIUS descri-  
bit

„coloribus tincta vel consuta indutus, cum sacculo  
„variis instrumentis ad hunc actum usitatis statim ad-  
„fuit; habita primum oratiuncula quadam statui suo  
„& actui accommodata, incepit percontari Deponen-  
„dum, quis sit? & quid velit? Responzione accepta,  
„se *Beanum esse, Animam sc. uscientem vitam Stu-  
„diosorum, ideoque ab eo petere, ut cornibus suis pri-  
„vetur;* tunc Depositor illum ex sacculo suo *Monili*  
„exornavit, h. e. *lorum ei* iniecit, capiti ejus impo-  
„suit *pileum cauda vulpina* exornatum, induit & ei  
„*Synthesi, seu veste versicolori brevi,* qua Romani in  
„Saturnalibus uti solebant. Ita autem instructus De-  
„ponendus: *pene bubulo* bene hinc inde fuit actus, &  
„fustigatus ad stertum usque. Post *oratiunculam factam*  
„incepit, ac præcinit, quam clara voce continuare ac  
„subsequi coactus fuit Deponendus. Hinc ex crume-  
„na seu sacculo suo produxit *Epistolam Avatoriam,*  
„quam Deponendum ad Amasiam suam olim dedisse  
„fingit Depositor, quam prælegit, & ideo *colaphos* illi  
„multos infregit, & bene verberavit *misellum adole-  
„scitulum.* His peractis procubuit Deponendus, &  
„*caput ejus aqua luvatum ac tergum belle dolatum.*  
„Sed nec in hoc quiescit Depositoris velania, sed os  
„quoque *aperire* coactus fuit deponendus, *intrusus*  
„enim ipsi in os fuit dens *Arcadicus,* quem statim  
„*manubrio reciproco* quasi *evulsit,* & ut spiritus ani-  
„males iterum redirent, ac si qui adhuc restarent hu-  
„mores noxii, *Saccharum,* (intellige *Sal*) illi dedit  
„Depositor, tandem *scapulis, natibus, aliisque membris*  
„*miselli dolabro* quam *dure contusis,* abs teterrima hæc  
„vexatione Scholastica, Depositione puta, feliciter fuit  
„liberatus novellus studiolo, & *soluta Marca Lube-*

bit \*). Ad Svecos tamen quod attinet, nostræ Gen-  
tis laus est, quod apud nos maturius de ritu hocce  
depositionis, licet non abrogando, ineptiis tamen  
liberando cogitari cœperit; Anno enim 1637 in  
visitatione Academiæ Upsaliensis Regni, & istius Aca-  
demiæ Cancellarii, ille Comes AXEL OXENSTIER-  
NA, hic L. B. JOHANNES SKYTTE, hæc san-  
xerunt:

„*censu gratius simul agere Depositori debuit, quod eum*  
„*Studiosum fecisset. Peracta sic lavatione & scurrili*  
„*hac vexatione, Depositus deductus fuit ad Decanum*  
„*Facultatis Philosophicæ, coram quo procubuit ad ge-*  
„*nuæ, primum ab eo de Patria & Parentibus, tum de*  
„*Præceptoribus, quos, & ubi habuisset, de Auctoribus*  
„*& Libris in Scholis pertractatis, quid cum quoad*  
„*Etymologiam, tum quoad Orthographiam, seu recte*  
„*scribendi scientiam, tum denique quoad Antiquita-*  
„*tem historicam, notari dignum in iis attenderit, ac-*  
„*curate satis interrogatus & examinatus. Porro Sal-*  
„*Sapientiæ ab eo accepit, in cuspide Lingux his pene*  
„*verbis: Accipe Sal Sapientiæ, ad discretionem in*  
„*Spiritu Sapientiæ boni & mali, ne per Diabolum*  
„*conculceris. Aliis in Academia additur Oleum in-*  
„*pectoris & dorso hac formula: Latere Johannes, ut*  
„*sis in perpetua DEI misericordia &c. Ita ergo no-*  
„*vellus Studiosus solenniter veit studiis consecratus*  
„*& a reatu barbariæ (Beuismum vulgo vocant) per-*  
„*fusione vini quæ Balneum Atticum & Oeum Roma-*  
„*num repræsentavit &c. Diplomate etiam accepto, fuit*  
„*absolutus, nihilque amplius superfuit, quam Re-*  
„*ctorem Academiæ Magnificum ut adierit, & ab eo*  
„*in album Studioforum etiam referretur.*

\*) In *Academiæ. Univ. terrar. Orbis LL. VIII. p. 153. 14.*

xerunt: Depositionis ritus skall icke angå med de  
myckla Marreputser och Larvis, som här til brukat  
åhr, utan Depositor skal uthan thet stygga ansig-  
tet framhåfva Deponendos, föråhn the absolveras  
och inskrifvas, och proponera dem någre Ænigma-  
ta, och strart sedan följha med Absolution \*). Ita

f 2

tamen

\*) Vid. *Nutt Söred af äldre och nyare Handlingar*  
*rörande Nordiska Historien 1 Et. p. 27. Comme-*  
*moratis ineptiis adjungere quidem Ænigmata & Quæ-*  
*stiones solebant, quæ vero ejusdem, ac illæ, indolis*  
*erant, juxta tamen, ut aliquam præ se ferrent speciem*  
*eruditionis, fallacia & captiola. Lugduni Batavorum*  
*iniandus erat juvenis quidam Germanus, qui, cum*  
*interrogatus a Depositore, an ille etiam matrem ha-*  
*buisset, affirmando ad hanc quæstionem respondisset,*  
*instructa sibi a Depositore alapa, adjuncta appellatione*  
*nequam admonebatur, matrem illum, non illum ma-*  
*træm habuisse, (Mein schelm, sie hat dich gehabt) idem-*  
*que tatum expertus est, cum, propositam alteram*  
*quæstionem: Wie viel Stöhe aehen in einer Sches-*  
*sel? sic intelligens, ut isto instituta idiomate intelli-*  
*genda videbatur, quasi quæsitum esset, quot pulices*  
*mediæmus caperet, & ad fallaciam vocis gehen, quæ*  
*proprie sumta alium parit sensum, non attendens*  
*ignorantiam tremebundus fateretur, quod a Præceptore*  
*suo, in Grammaticis, Logicis & Rhetoricis duntaxat*  
*tractandis occupato, id nunquam audierat; graviter*  
*enim increpabatur, quod ignoraret, pulices in medi-*  
*um non gradiendo sed saliendo venire (Perne, in-*  
*quit Depositor, das heute von mir, daß die Stöhe*  
*nicht in den Schessel gehen, sondern sie härffen hinein).*  
*Præsentem in actu hoc depositionis istasque ineptias*

tamen vitari oninis vexatio non potuit, ut ne rituum ludicrorum plurimum remanserit, & de prorsus abrogandis circa finem istius seculi cogitari Idemum cœperit.

### §. VII.

Commune cum multis institutis Academia Dorpatensis id habuit, quod satis prosperioribus casus adversi nonnunquam successerunt. Certi quidem reditus solvendis Professorum aliorumque salariis, ac reliquis Academiae necessitatibus sustinendis assignati erant. Primis vero annis, utrius, Computaturi, an soluturi, culpa, non dicam, accidit, ut fructum reddituum tempestive demerere non licuerit. Nec vero solum hæc incommoda Imperantis cura leniebantur, verum etiam, quo vivere honestius Professores possent, professorio muneri, dum fieri potuit, alia sunt adjuncta. Sic, ne Theologos, quorum lautior fors erat, commemorem, Juris Professores HENRICUS HEIN & JOHANNES ERICI STJERNSTRÅLE Regii Dicasterii Assessores juxta fuerunt

& videntem & audientem Docti cujusdam Viri filiam sic: *Wo! Was Gedenk' dich is dat? recte exclamasse quis negabit?* vid. SCHUPPIUS *l. c. p. 406.* Sed de ineptis Depositionis satis erit; nimiumque multa si de iis allata videantur; ignoscendum est scribenti, qui sic, qualem in deponendo ludum olim luserint Dorpatenses, cognosci quodammodo voluit, & nostro huic ævo, ineptias istas fastidienti, gratulandum esse censuit.

fuerunt, & LAUR. LUDENIUS, simul Juris Professor, simul Academiae Bibliothecarius fuit. Ex Medicis JOHANNES BELOVIUS una cum professorio Dicasterii Regii & Civitatis Dorpatensis Medici munus obiit. Et sua quoque cum aliis muneribus Philosophos conjunxisse, exempla docent SALOMONIS MATTHIÆ, eodem tempore Græcæ & Linguae Hebrææ Professoris, & ecclesiæ S. Johannis Dorpat. Pastoris muneribus functi, PET. SV. LIDENII, qui Log. & Ethices Professor, simulque Facultatis Theologicæ Adjunctus fuit, ut de JOACHIMO WARNEKE Mathem. Professore, qui, quod Consul Civitatis Dorpatensis electus, incio Senatu Academico, hoc munus susceperat, ut Professorio se abdicare ab Academiae Cancellario, ad quem Rector & Professores querelam detulerant, jubebatur, nihil dicam. Sic vero, quamvis metuumdum non esset, ne quid sibi ad bene vivendum deesse conqueri Professores potuerint; impedire tamen hæc indulgentia non potuit, quominus suo officio nonnulli deessent. Horum numero FRIDERICUS MENIUS fuit, primus in hac Acad. Historiarum Professor, qui noxiis contaminatus opinionibus, & polygamiae accusatus ab officio removebatur a. 1638 \*. Satis quidem momenti ad removendum opiniones SEBASTIANI WIRDIG  
f 3 Med.

\*) His tamen malis se emerfit; novarum vero & impiarum opinionum studiosus quibus iterum implicitus sit in vita ejus; dum ad illam exponendam venio, ostendam.

Med. Doct. & Professoris non habuerunt, nec, quod sciam, ille ad Judicem adductus est ob *Novam Medicinam Spirituum* a se editam; Theologis autem tanquam periculosus displicuit hic liber, eumque explosurus *Veritatem Victtricem* SIRICIUS edidit. Paradoxorum autem, quorum etiam plena est ista nova Medicina Spirituum, exemplum erit, quod aër hieme febre algida, vere intermittente, & æstate febre calida continua afficeretur, post tot tamen tamque tenaces morbos mori nescius. Literis ad Senatorem Regni, Acad. Cancellarium &c. JOHANNEM SKYTTE a. 1633 d. 14 Junii, & ad Archiepiscopum P. KENICIUM a. 1633 d. 27 Maji datis Theologiæ Professor Upsaliensis primarius, postea Episcopus Strengnesensis LAUR. O. WALLIUS M. PETRUM SCHOMERUM eodem hoc anno in Acad. Dorpat. Astronomiæ Professore designatum, quod Astrologiæ Vanæ, impiæ & Gentili addictus esset, inculavit \* a). Sed omni se suspicione facile liberaverit Schomerus, postea Theologiæ Doctor & Professor primum in Acad. Dorpat. deinde in Gymnas. Stockh. tum, postquam ecclesiæ Riddarholmensis Pastor biennium fuerat, in Acad. Upsaliensi, ac tandem Superintendens Calmariensis constitutus. Simultates quidem, inimicitiae & odia, proh dolor! existunt, donec erunt homines; pessima vero sunt eruditorum inter se alter-

\* a) Vid. Anal. Epistol. inprimis Hist. & Rem. Liter. Svec. illustrant. ab Adj. Fac. Ph. Ups. Ol. Andr. Knös dissp. edit. p. 79 — 82 19.

cantium exempla. Rixas tamen ciere religioni non habebat JOACHIMUS SCHELENIUS Mathem. Infer. Professor. socium in turbis excitandis JOACHIMUM CRELLIUM Histor. & Politices Professorem nactus: inimicitias cum Collegis, præcipue Svecis, gesserunt, animoque in hos adeo infenso erat Schelenius, ut, Rector cum esset, contemptis neglectisque Svecis, clam Professores Germanos convocaverit. Eo autem impudentia & audacia fretus rem tandem perduxit Crellius, ut iræ indulgens officio Professorio actutum renuntiaret: quumque alium in ejus locum substituendum eligeret Collegium Academicum, injuriam sibi, ut antea queri solitus erat, fieri clamitavit, causam interferens, *se non pure resignasse, sed resignationem intimasse*, & quæ reliqua sunt, in vita ejus, dum exponenda est, commemoranda. Querelam, quod Professores munera sua negligentius curarent, ad Academiæ Cancellarium a. 1654 delatam esse video; nec sine causa delatam esse, credi convenit. Ansam ad querendum quinam dederint, incertum est; paucos vero vel nonnullos tantum, non omnes, attigisse hanc querimoniam pro explorato habebitur, donec plura de hoc argumento persequendi locus in Historiæ hujus continuatione erit. Negligentes cohortatione commotos de debita negligentia nihil remissæ existimari convenit. Sed diligentiam diu adhibere non licuit; namque biennio post ad portas præsto est hostis, urbem, ut supra dictum est, a. 1656 oblidione cingens & expugnans; expugna-

ta vero urbe & dissipatis Professoribus, oblangue-  
 runt, quæ sub miti oliva apud Dorpatenses floru-  
 erant, Icientiæ ac disciplinæ, primaque acta est Aca-  
 demix Dorpatensis ætas. Tantum vero abest, ut  
 hic absoluta ejus sit historia, ut plura potioraque  
 supersint biographicis & bibliographicis curis illu-  
 stranda: & ad hæc nunc progrediens ita in hoc  
 curriculo versabor, ut, enumeratis Dorpati hac ætate  
 habitis Orationibus, Illustrium Cancellariorum, qui  
 Academiæ hujus patrocinium susceperunt, celebrium  
 Pro-Cancellariorum, qui suis ei providerunt consi-  
 liis, clarorumque Professorum, qui prælegendo &  
 scribendo commodis ejus & utilitati inservierunt,  
 vitas exponam, hisque expositis, scripta, quibus in-  
 claruerunt, apponam. Biographicis vero cur præ-  
 mittendam Orationum enumerationem duxerim,  
 hæc mihi ratio in primis fuit, quod omitti, dum  
 historiam hanc Academicam, generatim spectatam,  
 haud parum illustrant, earum commemoratio ne-  
 quit, sed pauciores duntaxat sunt, quarum men-  
 tionis inferendæ occasionem Auctores in sequenti-  
 bus commemorandi mihi offerunt: eoque magis  
 hic eas recensendi locus mihi visus est opportunis-  
 simus, quod biographica ista consignaturo magno  
 mihi usui sunt, quas Orationibus hisce annexas le-  
 gi, Dedicaciones ac Gratulationes; his vero testi-  
 bus, quo manifesta sit fides, dum uti debeo, inter-  
 missa argumentorum annorumque mentione, solum  
 indicare numeri ordinem, quo in hac serie occur-  
 runt, satis habebō. Scias autem, H. Lector, velim,  
 hanc